



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Monitio ad initiandos sacro Diaconatus Ordine, n. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

quilibet ordinandus titulo beneficij æ-
quæ ac patrimonij, præstet coram no-
stro in Pontificalibus Vicario iuramen-
tum hoc.

Ego N. iuro, quod titulum, quem pro
futura mea promotione ad sacros Ordines
exhibeo, verè ac pacificè absque vlla frau-
de seu lite possideam, quodque illum non
resignabo, vel alienabo, nisi mihi de alio
sufficienti titulo beneficiali sit prospectum:
neque tunc quidem aliter, quàm cum sci-
tu & consensu Summi Pontificis Roma-
ni, vel Reuerendissimi mei Archiepiscopi
ac Principis Electoris Coloniensis, in lite-
ris ipsius resignationis, aut alienationis
specialiter exprimendo: item quod titulum
illum, qui in locum prioris tituli succeffe-
rit, absque simili consensu non resignabo
vel alienabo. Ita me Deus adiuuet, & hæc
Sancta Dei Euangelia.

Monitio ad initiandos ordine Diaconatus.

XXII. Ad Ordinem Diaconatus pro-
mouen-

b

c

mouen-

mouendi, diligenter secum perpendant ad quantum gradum Ecclesiæ ascendât, nam vt olim Leuitæ arcam fœderis, ita nunc ipsi Ecclesiam Dei portare & munire debent, ornatu Sancto, prædicatu diuino, exemplo perfecto, vt verè testetur se esse Leuitas, hoc est assumptos à carnalibus desiderijs, & à terrenis concupiscentijs, quæ militant aduersus animam, vt hæreditas & tribus amabilis Domini esse mereantur, & tanquam ministri & Cooperatores Corporis & Sanguinis Domini sint ab omni illecebriâ carnis alieni, & quibus Euangelium ore annunciant, viujs operibus exponant, habeantque pedes suos calceatos Sanctorum exemplis, in præparationem Euangelij pacis. *Pontificale Rom. tit. De Ordinatione Diaconi.*

Monitio ad initiandos Presbyteratus ordine.

XXIII. Qui verò ad sacrum Presbyteratus ordinem se præsentare intendunt, meminerint, quod cum magno timore ad tantum gradum ascendendum est,